



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis infirmis, qui dum poenitentiam petierint, & antequam sacerdos  
veniat, officium oris amittunt. ix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

*De illis qui ad exitum veniunt, ut vltimò & necessariò viatico minime priuentur.* Cap. VI.

*Ex cōcil. Ni anno, cap. 13.* **D**E his qui ad exitum veniunt etiam nunc lex antiqua regularisque seruabitur, ita, ut si quis egreditur ex pore, vltimò & necessariò viatico minime priuetur. Quid si desperatus & consequutus communionem, oblationisque particeps factus, iterum conualuerit: sit inter eos qui communionem orationis tantummodo consequuntur. Generiter autem omni cuilibet in exitu posito, & post scientiam communionis gratiam tribui, episcopus probabilitate exhortatione dare debebit.

*Quod pœnitentia possit abolere peccata etiam si in ultima vita spiritu pœnitiat.* Cap. VII.

*Ex cōcil. Mogūti, cap. 2.* **P**OENITENTIAM posse abolere peccata indubitanter dimus, etiā si in ultimo vita spiritu admissor pœnitiat, & vel publica lamentatione peccata prodantur: quia propositum Dei quod decreuit saluare quod perierat, statim mobile. Et ideo quia voluntas eius non mutatur, siue emanatione vita, si tempus conceditur, siue supplici confessio ne si continuò vita exceditur, venia peccatorū fideliter presumatur ab illo qui non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur à perditione pœnitēdo, & saluetur miseratione domini, ut viuat. Si quis aliter de iustissima pietate Deisenti, non Christianus, sed Nouitianus est.

*De lapsis in vltimis positis, ut viatico munere si rogarent, eis debeat subueniri.* Cap. VIII.

*Ex epist. Syricū papæ.* **Q**VICUNQUE carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cum ad Deum cœperint proficiisci, si rogarent, per communionis gratia volumus subueniri.

*De illis infirmis qui dum pœnitentiam petierint, & antequam sacerdos veniat, officium oris amittunt.* Cap. IX.

*Ex epist. Leonis papæ.* **I**TA ergo talium necessitatī auxiliandum est, ut nec aīdī illis pœnitentia, nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amissio vocis officio per indicia integrifensitatem querere comprebentur. Quod si ita aliqua aggrauatio fuerint aggrauati, ut quod paulo ante poscebant, & sub presentia significare non valent, testimonia fidelium circumstantium illis prodefesse debent: simul tamen & pœnitentia, & reconciliations beneficium consequantur.